

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2961

Auteur(s) : Sylvestre, Sées (évêque)

Bénéficiaire(s) : La Chaîne, Notre-Dame (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1217

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation par Sylvestre, évêque de Seès, lors de la consécration de l'autel et du cimetière de la Chaîne, de dons divers

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Farcy Paul de, *Abbayes de l'évêché de Bayeux*, tome 1, Cerisy, Cordillon, Fontenay, Longues, Laval, Moreau, 1886-1888, Longues, p. 44.

Texte établi d'après a

Universis Christi fidelibus ad quos praesens scriptum pervenerit Sylvester dei gracia Sagiensis episcopus salutem in domino. Noverit universitas vestra quod cum nos altare beatæ Mariæ de Cathena juxta Karrogias consecrarem et ibidem cimiterium benedicerem Rad. Sanson et Johanna domina de Karrogiis presentationem ecclesiæ de Maisnil-Scelor et quidquid habebant in Roberto de..... Johannes Sanson duo solidos et dimidium census ; Johannes de Villers diaconus duo quarteria frumenti in decima sua apud Meisons, vel in sua hereditate ; Robertus Bonevent totam terram quam comparavit apud Groffai ; sacerdos de Bosco unum quarterium avenæ ; Robertus de Fournuchon duodecim denarios census in Willelmo Rufo ; Garinus Rex duodecim denarios census ; Philippus de Boceio de assensu et voluntate uxoris suæ duodecim denarios census in nepote Garini regis ; hæc omnia isti prædicti in puram elemosinam et perpetuam Deo et beatæ Mariæ de Cathena et monachis ibi Deo servientibus et servituris dederunt et in manu nostra elemosinaverunt. Isti autem qui inferius nominantur hæc omnia prebuerunt Deo et beatæ Mariæ de Cathena et monachis ibi deo servientibus et servituris. Galopin unam libram ceræ annuatim ; Rad. Morel sex denarios census ; Johannes Pichart, tres d. census ; Gaufridus Tourinel, tres d. census ; Garinus Quaresme sex d. census ; Johannes de Chamdon sex d. census ; Rad. Quaillole sex d. census ; Rad. Le Foisonair unum quarterium avenæ ; Willelmus de Houchemaine dimidium quarterium avenæ ; Rich. de Fonte dimidium quarterium avenæ ; Nos autem prædictas donationes ratas et gratas habentes præsentis scripto et sigilli mei munimine duximus confirmandas. Actum anno gratiæ M^o. CC^o. septimo decimo.